

bere, munire & quasi involuere, ut nihil Gratiae amplius maneat reliqui.

40. II. Erroris latibulum sub ὀμωυμῖα vocis Proprii quaerunt, quam de ijs duntaxat operibus accipiunt, quae quis sine gratia DEI adiutorio, solis naturae viribus prestiterit: Quae ratione propriis operibus nos iustificari negant. Quasi verò non illud etiam proprium dici queat, quod licet respectu ortus principij sui ab alio dependeat, in nobis tamen habitualiter inhaeret. Quo posteriore sensu, vocabulo (Proprii) accepto, Confessio nostra rectissime Propriis operibus vim omnem iustificandi, derogat.

41. III. Ea est Spiritus Pontificij, in constituendis iustificationis causis vertigo: ea varietas & inconstantia, ut ne hodie quidem satis appareat, quamnam sententiam sibi vel tandem fecerint propriam.

42. Observarunt & annotarunt tum Chemnitius noster, tum alij Orthodoxi Theologi, lucas decies statum controversiae hactenus subdole eos mutasse: ascribentes iustificationis nostrae causas.

1. Operibus duntaxat legis moralis, non ceremonialis.

2. Legi Naturae quoad Patriarchas: Legi Moysi, quoad Israelitas posteros: Legi Christi, sive Evangelio, quoad nos.

Fidei